



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De odio & inimiticia & diſidiis, atque iis qui prælium committunt. cap. xc.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

labores. Horum sunt honores & corona, qui labores pertulerunt, ac victoriam obtinuerunt. *Ecquis eum corona donauerit, qui cum aduersario ne in arenam quidem descenderit?* *2.Tim.2.* praesertim cum iuxta Apostolum, non satis sit certare, nisi etiam legitime certetur. Quisnam ille est certaminis arbiter, qui iisdem praemiis victorem, & eum, qui ne certamen quidem illo modo inijt, afficiat? Quis copiarum militarium praefectus in eandem unquam cum ijs, qui vicerunt, praeda partem eos vocauit, qui ne pugna quidem interfuerunt? Bonum boni nomen amittit, cum bene non fit.

De odio & inimicitia & disidijs, atque iis qui praelium committunt. CAP. XC.

Es.67.54 **D**ISSIPA Gentes quae bella volunt. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.

Pro.2. Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebras: qui latantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Quod ingreditur contumelia, illuc etiam infamia. Improbus malefacit, cum ius commiscet. Vir iracundus prouocat rixas. Vir peruersus transmittit mala, & separat amicos. Altercationes excitat omnis malus: Dominus autem angelum immisericordem emittet ipsi.

15. Qui lubenter peccat, gaudet pugnis. Ne cito ad pugnam irruas: ne ad extremum te poeniteat. Ferrum ferro acuitur: & homo exacuit faciem amici sui.

27. Qui malitiam inflammat, ab ea perdetur.

Es.29. Disperdentur qui inique agunt ob malitiam: & qui faciunt peccare homines in sermone.

Hier.4. Filij insipientes sunt, & vacordes: sapientes vt faciant mala, bene autem facere nescierunt.

Ecli.28. Vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Ante ignem camini vapor & fumus inaltatur: sic & ante sanguine maledicta & contumelia. Abstine a pugna: & imminues peccatum. Contentio festinata excitat ignem: & pugna festinata excitat sanguinem.

Mat.12. Omne regnum in se diuisum desolabitur, & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se non stabit. Quia abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

24. Qui vos conturbat, portabit iudicium, quicumque ille est.

Gal.5. Vbi zelus est, & contentio, illic seditio & omnis res mala.

Basl. Defecit charitas, diuinorum mandatorum radix.

Na7. In malis certaminibus miserior est is qui victoriam obtinet: quandoquidem maiorem peccati partem habens, discedit.

In Tetrastr. Praestat recte vinci, quam periculose ac nefarie vincere. Sit finis irae: nesciat finem fauor.

De poenitentia Dei: & in quibus rebus Creator poenitentia affectus fuerit. CAP. XCI.

Gen.6. **V**DENS Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, poenituit eum quod hominem fecisset in terra. Et dixit: Delebo hominem, quem creauit, a facie terrae, ab homine usque ad animantia. Poenitet enim me fecisse eos.

1.Reg.15. Factum est verbum Domini ad Samuelem, dicens: Poenitet me quod constituerim Saulem regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit.

Contri-